



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Extrema vnctio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

sunt penè infinita.

* Clem. VIII. *Illius vices &c. lata anno 1592.*
ibid. Kal. Sep. Pontif. anno 1.

Exemptus.

1. **E**xemptus de licentia Superioris potest
 Episcopo se subdere, vt ab eo absolu-
 tionem, vel dispensationem, qua indiget, obti-
 neat.

* De exempto multa Syl. 5. *emptio.*

Vide Ang. Exemptus. nu. 6.

Exilium.

1. **E**xilio perpetuo dānatus, dicitur depor-
 tatus, qui autem ad tempus, relegatus.

2 In exilium non potest pater filium mittere.

Extrema Vnctio.

1. **D**anda est etiam amenti si petierat, aut
 petiuisset si cogitasset, aut ostendat
 signum doloris, nisi sit periculum irreueren-
 tię. Quod si erat excommunicatus, absolu-
 tur prius ab excommunicatione.

* *Nau. c. 22. num. 13. Vid. num. 84.* Phrenetico
 etiam, si sana mente petit. *Sot. d. 23. q. art. 2.*
 Perpetuò amentibus non danda. *Sot. l. c. D.*
Tho. add. q. 32. art. 3. in lucido interuallo tamen
 concedit.

2 Non solet dari pueris, nisi ætate qua com-
 municant: sufficit tamen ætas qua possunt
 peccare.

* *Beilar*

EXTREMA VNCTIO. 239

* *Bellar. de extre. vnct. lib. 1. c. 9. D. Tho. l. c. art. 4. Sot. l. c. concl. 4. quia tamen dicit non esse dandam, antequam detur Eucharistia, cum hæc illi succedat. Vide Val. t. 4. d. 8. q. 2. p. 2. Vival. nu. 28.*

3 Danda post viaticum, alicubi tamen ante datur.

* *P. à Sot. lect. 2. de extre. vnct. Vide Suarez t. 3. com. q. 65. art. 3.*

Alicubi vide c. *Ab infirmis*. 26. q. 6.

4 Datur solum morti propinquis ex morbo, vel vulnere, vel partu, vel senectute. Quòd si morbo liberatus iterum periclitetur, iteranda est, & quidem in diuturnis morbis, ut hydropsi, quoties redit periculum.

* *Cum videntur constituti in vitæ fine. Trid. Sess. 14. c. 3 Conferenda, dum viget rationis usus. Val. Sot. l. c. & Quod si Pet. à Sot. l. c. Sot. l. c. ar. 3. Hal. l. c. D. Th. l. c. q. 34. art. 2. In lōgis mortiferis morbis, initio dari potest. Vide Vival. de extre. vnct. n. 22. 23.*

5 Eam ex negligentia omittere, non est peccatum mortale, si absit contemptus, aut scandalum, etsi quidam aliter sentiunt, & quidem omittere tanquam ad salutem non necessarium, non est contemptus.

* *Nau. l. c. nu. 16. contemnere hoc sacramentum iogens scelus vocat. Trid. l. c. P. à Sot. l. c. mortale putat omittere hoc ex negligentia, quod negat Tol. c. 3 nu. 2. de ext. vnct.*

6 Materia est oleum benedictum ab Episcopo, potestque adhiberi oleum non eodem anno benedictum, si desit benedictum eiusdem anni.

*Vide *Trid. l. c. cap. 1.* Episcopi benedictionem necessariam esse ad essentiam sacramenti in simplici oliuarum oleo (nam oleo nucum aut alio non verè oleo non perficeretur sacramentum teste *Sot. l. c. q. 1. art. 3.* & alijs) putant *Dur. Palud. Pet. à Sot. l. c. Bellar. l. c. c. 7. Trid. & Flor. D. Tho. l. c. q. 29. Val. l. c. q. 1. p. 2. Bouauent. & Sot. l. c. q. 1. art. 3. Ac Victo. num. 217.* putat necessariam ex præcepto, & Angles *extr. vnct.* existimat sacerdoti simplici posse Papa ad benedicendum oleum facultatem concedi.

Non eodem de solo enim veteri christmate comburendo præceptum est *C. si de alio, consecrat. d. 4.*

7 Forma est deprecatiua, alicubi tamen indicatiua: nec est necesse addere. In nomine Patris, &c. sequendus tamen receptus mos.

*Deprecatiuam formam esse de essentia sacramenti, docet *D. Th. l. c. q. 29. art. 8. Sot. l. c. q. 1. art. 4. & ad 2. & 4. Bonau. d. 23. art. 1. q. 4. à Sot. lect. 1. Angles l. c. Val. l. c. q. 1. p. 2.*

Richar. d. 23. 4. Vict. nu. 218. Deprecatiuam formam dicit esse ex præcepto. Capreolus non putat probabile indicatiuam formam alicubi adhiberi. *D. Ambros. vsum fuisse indicatiuam*

ratiua forma, scribit *Nau. l. c. num. 15.* quam *D. Bonau.* refert *l. c.* at indicatiua verba nō sufficere, sed esse p̄cemiū deprecatiuæ essentialis, tradit *D. Th. l. c. ad 3. Angles P. à Sot Val. l. c. ex Sot. & Alisiodor. 6. p. summa c. de extrema vnct. Vin. de extr. vnct. nu. 13. cum tamen Coronæ auctor ex Ribb. 4. d. 23. Io. Bachono d. 24. Claudio Guilla in Epistolas canonicas, doceat per verba indicatiua non variari sensum formæ deprecatiuæ. p. 4. nu. 6. de extrema vnct.*

In nomine In solis enim baptismo & Cōfirmatione necessaria Trinitatis inuocatio.

Deficiente proprio sacerdote potest alius, etiam Religiosus, administrare, sub ratihabitione proprii, potest verò dare licentiam proprius non tamen excommunicatus, aut suspensus nominatim, quidquid dicant *Palud. Syl. & Arnul. Vide Suarez disp. 14. sect. 1. n. 7.*

**Val. l. c. q. 2. p. 1 Sot. l. c. q. 2. art. 1.* imò tenetur in necessitate, *Vinal. l. c. nu. 19. Angles. l. c. Quidam tamen negant apud Sot. l. c. 36.*

In necessitate sufficit Sacerdos sine ministro. *Vide de verb. signific. c. 14.*

**Tol. l. c. c. 2. c. Quæstuit de verb. sign.*

Si sacerdos non possit progredi, supplenda per alium quæ restabant.

**Pet. à Sot. lect. 1. excommuni.*

Potest Presbyter vnus partem vnā vngeri, & alius aliam in necessitate.

Eodem tempore *Tol. l. c.* quod in hoc Sacramen-

L

cramento singulare est.

12 Pedes aut renes ungeri non est necessarium, certè renes in foeminis omittendi. Nec manuum unctio quibusdam videtur necessaria, saltem quoad validitatem, videtur sufficere unctio manuum, aut unum oculum ungeri; & itidem de reliquis membrorum partibus: sequendus tamen usus receptus.

**Sot. l. c. q. 2. art. 3. Coronat. l. c. nu. 9.* (Seruandus tamen mos cuiusque loci) *Val. l. c. q. p. 2. D. Th. q. 32. art. 6. l. c. Tol. l. c. cap. 3. Angles, Vinal. l. c. nu. 30.* { Vnam } Conc. Florent. septem partes enumerat, non, quod omnes sint necessariae, sed explicat usum aliquarum ecclesiarum. *Bellar. l. 1. c. 10. Vinal. l. c. n. 30.*

13 Mutilati in partibus proximis ungentur, & caecus in oculis, ob concupiscentiam.

**D. Th. q. 12. l. c. Val. l. c. q. p. 2. Sot. l. c. q. 2. art. 3. Pet. Sot. lect. 1. cit. Vinal. n. 31.*

14 Ad singulas unctioes adhibenda stupa noua, postea comburenda. Sufficit verò vinctio, si proferre paulò ante unctioem, aut postea, vt in Baptismo, & Confirmatione.

**Sufficit } Tol. l. c. c. 3. Coronat. l. c. n. 11.*

15 In dubio an viuat aegrotus, danda sub conditione, si non est mortuus.

**Eum. Vnct. 7. Vict. nu. 221. Nau. l. c. nu. 13. Vinal. l. c. nu. 29.*

16 Effectus eius est remissio peccatorum venialium; sed & mortalia remittit, faciendò de

EXTREMA VNCTIO. 243

attrito contritum, & sanitas animæ ad malū
prona, & pigra ad bonum, eiusque spiritua-
lis recreatio, & roboratio: & interdum etiam
corporis sanitas.

* De attrito *Nau. l. c. nu. 13. Sot. l. c. § Sanitas*
vbi animæ saluti expedierit *Trid. sess. 14. c. 2.*
de extr. vnct. & innuit can. 2. Episcopus Scalensis
de extr. vnct.

Non placet *D. Th. q. 30. art. 1. l. c. eorum* sen-
tentia qui putant hoc sacramentum institu-
tum ad venialia delenda: quæ tamen tollit,
nisi obex ponatur. Quomodo autem intelli-
gendus sit *Catech. Rom. id doceas, explicat*
Val. l. c. q. p. 2.

Addit. *§ Ictus à vipera, peste, vel veneno mox*
periturus iniungi potest, licet in lecto non
decumbat.

Quinque sensuum organa necessitate sacra-
menti iniungenda, *Sot. l. c. Val. l. c. q. p. 2. quin-*
quies formā repetita. Bellarm. l. c. c. 10. Angles,
Tol. Coron. l. c. nu. 9.

Si agrotans in extrema solum vnctione,
peccati mortalis obicem tollat, consequitur
gratiam. *Sot. l. c. in extrema enim sequitur ef-*
fectus Sacramenti. Val. l. c. Suarez. d. 43. sect. 3.

Si capite plectendus, nauigaturus, bellum
inurus inungatur, non perficitur Sacramē-
tum: quia infirmorum Sacramentum est. *Sot.*
l. c. art. 2.

Gratiam gratum facientem confert extre-

ma unctio, recreat, sanatq; mentem, peccatorum reliquias auferens, difficultatē, scilicet ad bonum, & propensionem ad malum. *Val. l. 1. q. 2. p. 3. ex D. Tho. l. c. q. 30.*

Sacerdotes non in palma, sed in Superiori manus parte inunguntur *Vinal. l. c. nu. 32.*

Oleum rosaceum, aut violaceum &c. si olei formam amisit, ob violarum, rosarumve missionem, non potest esse aptum ad Sacramentum *Corona. p. 4. nu. 7. l. c.*

Mulieri ex partu vitæ periculum patienti dandam extremam unct. putat *Vinal. l. c. nu. 23.* licet id vetet *Synod. Medio. 4. p. 2.*

Falsarius, vide Excommunicatio Bullæ Cœna Domini.

1. **F**alsare moneram crimen est læsæ maiestatis: falsa autem dicitur, facta sine legitima auctoritate, materia, aut pondere, aut signo: tondere autem exuberantem moneram falsare non est, etsi peccatum est: est vero falsarius, qui iustum pondus minuit.

*De Falsarijs *Lopez p. 2. cap. 43. De eorum peccatis Nau. c. 17. a nu. 167.*

Falsa *Nau. l. c. n. 167. vide Syl. Falsarius. 7. 8. Peccatum ꝑ cum onere restituendi. Nau. l. c. n. 178. Syl. Falsarius n. 10. 11. Fum. 16.*

Addit. ꝑ falsans Pontificias literas est excommunicatus Papali. *ca. Ad falsariorum de crim. fal. Nau. l. c. n. 169. Fum. excom. n. 12. Lopez. l. c.*